Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractio de incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 198

Mangillius, Antonius

[S.l.], 1632-1634

Capvt II.

urn:nbn:de:bsz:31-117158

Visual Library

verba per se sumpta sufficere ad efficiendam veracem conversionem.

Obyces I. S. Thom. q. 78. art. 3 consec. verba illa: Novi et æterni &c. esse necessaria ad form. consecrandi vini. Sed S. Thom. esse in illa sententia, vt ipse ex sectio & aperte cum alijs fatetur Cajetanus ibi, quamuis nulli alij Thomistæ negent, verum in hac re sequimur communem sentiam Patrum, Patres cit.tos & liturgias quarum supra fecimus mentionem, quasq. ipse D. Thom. radabiliter dicitur secutus fuisse si vlosset.

Obyces 2do: quæ supra allata et contra j conclusionem quibus eodem modo Sr quo supra. nec aliud addimus nisi 3do Pp. quando suis Sacrorum appellant precies vt loquantur, qua eadem sua implicite continent invocatione divinæ virtutes ad effectum Sacr. efficiendum.

CAPVT II.

An verba consecrationis dicantur historice, vel affirmative.

Adverterdum est historice sive narrative aut recitative dici illa verba, per quæ nil intendimus significare vel affirmare aut negare, sed tm narrare id alij dixerit, vt si dicas: Christus dixit Verbum esse consubstantiale Patri; aut si cum Propheta: dixit insipiens in corde suo non est Deus, tunc c. non asseris Deum non esse neq Verbum esse consubstantiale Patri, sed tm relinquis referentium vel peccatorem id dixisse, verba vero illa per quæ intendimus aliquid affirmare dicuntur significative sive affirmative. ita sentit proporbe quisque abbatis & an Sacerdos per verba consecrationis intendat affirmare aliquid nempe in persona Chri, an vero tm referre id qd Chrs dixit.

Prima sententia docet verba consecrationis a Sacerdote dici solum historice & recitative. Durandus in 4 dist. 8 q. 2. ad j. Maior Ibidem q. 2. § 2do arguitur. Catering in opusc. quibus verbis Chrs consecrarit. & alij apud Vasquez. disp. 200 cap. j.

2da sententia docet verba consecrationis proferri a Sacerdote non solum historice sed etiam affirmative & significative in persona Chri. Soto in 4 dist. 11. q. j. art. j. post 2dam sententiam. Konings in art. 3. q. 78. dub. j. Suarez disp. 78. sect. 4. & alij ab eo relati, quos tm Vasquez loco citto negat esse in hac opinione.

Tertia sententia tenet verba consecrationis a Sacerdote proferri non recitative sed tm affirmative. Vasq. loco citto cap. 2 & alij apud eum.

Dico

Dico 1mo. verba consecrationis a sacerdote proferuntur aliquo modo recitative sive representative, quatenus ergo dum illa per sacerdotem profert representat seipsum loquentem in propria persona in vltima coena, atq ita nobis facile dabunt non solum Authores 2da sententiæ, sed etiam Vasquez, vt ptt ex ijs quæ ipse docet disp. 200 cap. 3. num. 22.

Ptt: qa sacerdos verba consecrationis ea tnde profert qua profert illa qui pro vobis effundetur &c, vt per se stat, sed dum hæc verba profert representat Christum nocte qua capta & loquentem de effusione propriæ sui sanguinis faciendæ die sequenti, hoc a. ptt. qa si huiusmodi verba non significarent representative effusionem illam propriam sanguinis faciendam, deberent significare effusionem improprium qua fit in Sacto, vbi vere & proprie sanguis non effunditur cum re ipsa non separetur a corpore, atqui Chrysost. homil. 83 in Matth. dicta verba refert ad passionem Christi, ad quam solam ea spectare pluribus egregie probat Vasq. disp. 90 cap. 1. & 2. vbi docet ipsi verbum effunditur post illapsi de effusione improprium & Sacto, similiter hæretici vocem corporis & sanguinis possunt eodem modo explicare, ita vt per ea non corpus aut sanguis proprie sed figura corporis aut sanguinis significetur, vt facit Calvinus.

Dico 2do. verba sola consecrationis a sacerdote proferuntur significative & affirmative. ita 2da & 3tia sententia. Ptt: qa sola Sanctorum significant ergo efficiunt, dico a. dicuntur & signa practica & verba illa significative proferuntur a sacerdote, alioquin sicut nihil significarent ita nihil efficerent. Confirmat: qa ex Trid. sess. 13. cap. 4. tub singulis species intelligunt quandam ex vi verborum quæ scilicet per verba sola significantur ibi adesse, hoc a. est falsum si verba consecrationis non proferuntur affirmative.

Ex dictis constat verba consecrationis non ita proferri historice vt nihil significent, ii a. Vasq. disp. 200 cap. 2 & intelligaly recentiores probant ex eo qd repugnet inquiunt, simul ab eadem persona proferri historice & significative ipse revera hoc non repugnat, interdum & aliquis nobis objicienti aut interroganti dicere conueniunt cum tali sic respondeo intendens simul referre illis verba & nram etiam aperire vt v:g: si quis interroget nos: cur quidam pueri ludunt trocho, aly pila, aly folle &c, bene dicimus sic respondet Poeta: trahit sua quemq voluptas. his a. verbis non modo significamus quid nos sentiamus de quæsito facto, sed etiam intendimus referre quem Poetam loquentem, qd & loqui significative & recitative simul. Sic igitur sacerdos verba consecrationis possit duplici intentione proferre nempe intentione

referendi

referendi quo Chrs fecerit tunc repetendi eis verba & simul inten=
tione significandi id, qd fit in Smto. hoc a. posito verba consecrans
si haberent duplicem sensum, qa pro ~~recitatur~~ vt ~~dicitur~~ recitative nihil signi=
ficabit, similiter intentio referendi aut recitandi verba consecrans
per se sumpta, nulla ratione sufficeret ad consecrationem, sola a. inten=
tio dicendi verba recitative, est de ratione consecrationis, qa de ratione huius
intentionis sacerdos loquitur in persona Chri & significat quid
fiat in ipso Smto. atq si quis contendat Sacerdotem proferre verba
consecrationis tum recitative in persona sua tum significative in persona
Chri, nihil impossibile contendit, hoc tn nos rejicimus si quidem eo qd
Ambrosius, vt nonnulli volunt, lib. 4 de Smtis cap. 4 asserant Sacer=
dotem, cum peruenit ad efficiendum Smtu, iam si suis sed vti sermo=
nibus Chri, siquidem Sacerdos licet verba consecrationis proferret etiam
recitative adhuc poet dici si suis sermonibus vti, sicuti si quis carmen
alicuius Virgilij recitet is dicitur si suis sed Poetis verbis vti.

Ratio igitur cur censeamus verba consecrationis a Sacerdote
si dici recitative proprie loquendo, e qa Sacerdos recitative proferret
verba consecrationis, ea vt sic proferret in persona sua, atqui indecens e
vt cum persona Chri, qui e Sacerdos sanctus, impollutus e segregatus a pecca=
toribus, conungatur e misceatur ~~cum~~ persona Sacerdotis peccatoris
in ipsamet actione sacrificandi.

Dices: particula, enim, posita in consecratione eis verba
connectit cum illis precedentibus, accipite e manducate, acci=
pite e bibite, atqui verba hac dicuntur recitative. & e verba
ipsa consecrationis recitative dicuntur. Rs Sacerdotem per illud
participium, dicens, paulo ante consecrationem prolatum nos ad=
monere se verba sequentia proferre nomine ipsius Chri, vnde cum Sa=
cerdos in persona Chri dicat etiam illa verba accipite e manducate,
accipite e bibite, bene subtexitur particula illa, enim, siqui=
dem per illam redditur ratio cur Apli deberent bibere aut manducare,
ex eo qd Chrs ipsis offerebatur.

R Obicies: si Sacerdos formam vini significative
profert in persona Chri, sequitur eandem formam esse falsam: qa
Sacerdos eo modo pronunciat verba illa, qui pro vobis effunde=
detur, quo profert illa hic est calix sanguinis mei, vt sit, sed
hac vnionem dicat significative. & e illa, ac proinde Chrs per
Sacerdotem significat rem sanguinem esse rem effundendum,
cum tn id sit falsum, siquidem Chrs resurgens ex mortuis iam n
moritur. Rs cum Vasquez disp. 100. cap. 3. hoc Smtu ita esse a
Chro institutum, vt ipse voluerit in illo si solum vere fieri nomine

sui

sui totum id qd ipse fecit per consecrationem in nocte coenae, nempe conversionem partis in proprium corpus & conversionem vini in sanguinem, sed etiam totum id qd ipse immediate fecit eadem nocte dum consecraret quasi in comoedia vel tragoedia repraesentari per ipsum Sacerdotem vt per suum Ministrum, ita vt mana quae a Sacerdote consecratur repraesentet manam a Christo consecratam, verba a Sacerdote prolata nomine Christi, repraesentent verba ab ipso Christo immediate prolata, tempus quo Sacerdos consecrat repraesentet illud tempus nocturnum quo Christus consecravit, & sic deinceps. quod a Christo voluerit praedicta haec fieri a Sacerdote totum id qd ipse fecit tunc, colligitur ex iisdem Christi verbis Luc. 22. post consecrationem relatis: hoc facite in meam commemorationem. ex his a. ita qd haec iniuria repraesentationis Sacerdos verè dicit qui pro vobis effundetur nempe repraesentans Christum loquentem illa nocte quae tradendus & post, quam illius sanguis effundendus erat.

Ex dictis a. colligi is qd licet Sacerdos in Christi persona repraesentet eundem loquentem in nocte coenae, qd tn verba illa ab eodem Sacerdote prolata hic est calix sanguinis mei in hoc tempore quo proferuntur significant sanguinem Christi contineri sub accidentibus vini demonstratis, dicendum est, qd ipsum in hunc locum reiecimus, ex vi verborum in Sinto sanguinis esse quidem totum sanguinem quem nunc Christus habet in coelo, n tn si quid sanguinis diminuit in cruce vel in clavis reliquit id esse in Sinto, qd verba illa hic est calix sanguinis mei intelligenda sint de sanguine quem Christus vltimo habuit, vt itt ex communi modo loquendi, n. a. de ijs sanguinis particulis quas n resumpsit cum illae deberint esse Christi sanguis, sicut etiam cum Christus vinum consecravit sub eius accidentibus n sumpsit eas particulas sanguinis quae genitae sint in Christi corde vel hepate. post eandem consecrationem, qd nondum erant ipsius Christi sanguis, qd a. in Christi corpore n nullae particulae sanguinis a punctio illius consecrationis genitae sint itt: qd quemadmodum nutritio nunquam nisi morte interrumpitur, ita neq hepar, qd manam nutritioni praebat, cessat unquam a generatione ~~et~~ sanguinis nisi morte intercipiat.

Dues: ex vi verborum poni debet solum ille sanguis in passione effusus, vt itt ex ijs Christi verbis: qui pro vobis effundetur, etc. Respondent nonnulli ita esse; alij vero dicunt totum Christi sanguinem effusum esse, & ideo totum esse ex vi verborum, qd a. toto Christi sanguis in passione effusus sit dicunt primo patere ex eo qd, vt ex vulnere lanceae videtur

constare,

condere, sanguis qui remanserat in Chri corpore effusus e.
Sed contra, qa hic e probabile, qd Chrs in passione totum
olo sanguinem effuderit nisi velimus id factum esse per mira=
culum cuius tn nullum habemus fundtu, qd a. id n sit proba=
bile, patet: qa nisi sit calix vitreus in quo sit aqua etiamsi ca=
lice inuerso effundatur aqua, nihilominus aliquid aquae rema=
net adhaerescens interioribus calicis lateribus, vt fit ex eo qd
digitus admoto idem lateribus madescit, e tn sanguis multo
facilius adhaerescit interioribus lateribus venarum e sinuum qui
sit in iecore, corde, e alijs partibus corporis in quibus sanguis labet,
quam aqua lateribus calicis vitrei, ~~huiusmodi~~ cum calix vitreus sit multo
leuior quam vasa sanguinis. rursum sanguis e multo magis gluti=
nosus e adhaerescens quam sit aqua vt patet ad tactum. Si semel ali=
quid aqua lateribus vasis vitrei adhaerescit, idem multo magis asserendum
e de Chri sanguine, nisi velimus, vt dixi, ponere in hac re miraculum
absq necessitate. qd si interdum Pp. videntur dicere Christum pro nobis effudisse
totum sanguinem, id accipiendum e moraliter n physice sicut etiam
dicimus calice inuerso totam aquam in eo contentam effusam, quamuis
semper aliquid aqua lateribus calicis adhaereat.

Rtendum e igitur verba illa qui pro vobis effundetur,
vere exponi de Chri sanguine qui ex vi verborum ponitur in Smto,
nam licet toty Chri sanguis n sit effusus, vt diximus, tn per synecdochen
vel moraliter de toto illo sanguine verificari potest, neq eadem verba
potest impedire quo minus toty sanguis qui nunc est in Chri corpore ex
vi verborum ponatur in Smto, cum e. illa verba qui pro vobis effun=
detur sint, vt diximus extra certam fide consecrationis vsum, e verba eiusdem
fide absolute significent Chri sanguinem, videtur sequi totum sangui=
nem qui nunc e in Chri corpore esse in Smto ex vi verborum, etenim
si praedicta verba qui pro vobis effundetur n tab adderentur, adhuc
fieret eodem modo consecratio, atq toty Chri sanguis esset sub specbus vini
ex vi verborum, qa nullum est verbum rade cuius hac potius sanguinis
pars quam altera est in Smto, ac proinde toty esse debet, alioquin simili=
ter fieri posset ne totum Chri corpus esse ex vi verborum in hoc Smto. addo
tn cum dicitur totum Chri sanguinem e totum illius corpus esse ex vi ver=
borum in hoc Smto, hoc intelligendum e solum de totalitate morali, id e.
ac do, qa fortasse dici potest verba Smtalia habitura veritatem etiam si
aliqua particula sanguinis vel corporis atomus similis deest in Smto.

Capus III.